

**D**icitur enim apostolus: Quia nos Iesum et Iuniam  
victoribus copiofum minum grecos  
conuicti: ea familiis tuis litora  
veniam pectatoz: altanorum  
tumouz intercessione: meritis:  
qd omniibus in regantur aquae  
maribus abebarit: bec bonum  
naturam crebarat: et gen  
holum crebarat: et gen  
erat: dicitur apostolus: quibus u  
materna bona de  
D omnia bona de  
E pta: dicitur apostolus: que  
foli: dicitur apostolus: Et iustus deus.  
Zaludia: & Synthi autem: Enangst:  
perdeundetur: & m  
bonum quam laudorum mo  
rum natura reccentres ofe  
runt: & amicula nostra prau  
tatis ad qualitate: & nubes milie  
tricordie bona collecti: p. Com.  
bunt bonum opere ratione my  
hicit: & via nostra purgant: &  
utramque deinde complicantur: p.  
**A**postola laetitia complicantur: p.  
Thuncratio: per totum kyrneleto.  
de apostolis. **C**ollecta.

DB. 9.

DB. 9.


Eus qui scitis tuis abdon  
Evangelium.



# INDEX ORATIONI: II. UO.

- I. *Volumine hoc comprehensarum*
- I. Solemnia Annis Seculariis Academie  
Francorintensis.
- II. De Anno spiritus sancti thomae fortis.
- III. Gratulatio de recepta Alba Regia  
Matthaei Presb.
- IV. Gratulatio Christiano II electori regi  
iudea dicta Adamo Remondi Scheri.
- V. Publica Gratulatio Actio pro Regis  
Regni Britannici Consulacione summa  
nisi scien.
- VI. In Furere Georgii Triderici Docim.  
Brandenburgensis Tachna mi.
- VII. De illi et Morte quam Triderii  
ii. Capitium Quir Securie. M. Wilki.
- VIII. Illite Christiane semita Heckenberg.
- IX. Hypothesis Scholastica Boni et Malii  
M. Heideri.
- X. Oratione Boni Militis et Strategi  
H. Segittius.
- XI. De Communione Zangeri.
- XII. De Mutatione Rompt. Henrici Goisser.
- XIII. De Amo filio 1800 R. Rockthach.
- XIV. Programma Publicationis. A. C. Oue.  
in Guntzen.
- XV. Programma Glorie Facultatis  
Wittenbergensis.
- VI. Actus Doctorum D. Balduini  
Parentatio Lethco habita M. Samsoni.
- VII. Ora memoria D. Rungé  
habita M. Schmidt.
- VIII. Ora Parentalis de T. Mylio  
D. Hutteri.
- X. Theologia de Theologorum  
quadruplici M. Rauschera.
- XI. Idolum Calumianum M.  
Zepyrus.
- XII. Oratione de Dissonantia Harmonie  
Philippo Ramo in Legio.
- XIII. Oratione de utilitate et Necessitate  
Opus Faceti Martini.
- XIV. Discursus Jam Claro facti pre-  
trium Legum Naturalium est.
- XV. Ora de Actionem illa  
Dr. Meureri.





H

3  
ORATIO  
DE AUXILIO SPI-  
RITVS SANCTI IN  
MARTYRIBVS:

In Splendida Generoso-  
rum Baronum, Reverendissimorum & cla-  
rissimorum Professorum, Nobilisque & Eru-  
ditæ studiosæ juventutis  
coronâ:

In celeberrimâ VVitebergenium Academiâ  
II. Pentecostes feriâ recitata.

ab

ENGELBERTO STRIDTHORSTIO  
HAMBURGENS I.

VVITEBERGAE,  
Typis Cratonianis, per Iohan. Gorman.  
ANNO M. D. C. VII.

MAGNIFICIS, EXCEL-  
lentissimis, Clarissimis, Pru-  
dentissimisq; Viris, generis splendore & eruditio-  
ne, magnorumque in Patriam meritorum  
multitudine conspicuis,

DN. ERICO à FECHTA, inclytæ Hamb. Reip. Cos.  
seniori,

DN. THEODORICO RHAEMINO, I. U. D.  
ibidemque Syndico,

DN. VVARNEBOLDO SCHRODERO, apud  
eosdem Senatori seniori,

DN. HENRICO VVICHMANNO, ejusdem Reip.  
senatorij ordinis Viro.

Nec non

AMPLISSIMIS ET PRÆSTANTISSIMIS, HV-  
manitate & authoritate, gravissimarumq; rerum admi-  
nistratiōne spectatissimis Viris:

DN. LVCAE BECKMANN O, Reip. Hamb. Ecclesiae Petrinæ  
DN. BARTHOLDO BECKMANN O, Ecclesiae Catharinianæ

{ Prefectis & cor-  
poris Christi ju-  
ratis.

Dominis Mecenatibus omni observantia  
cultu dignissimis

Oratorium hoc exercitium

Consecro

Engelbertus Stridhorstius  
Hamb.

RECTOR ACADEMIÆ  
Vitebergensis,  
BARTHOLOMÆUS REUSNERUS  
I. U. D. & Prof. Publ.  
S. P.

**D**inter alias complures appellations, quibus SPIRITVS SANCTVS angustissimæ, sacratissimæque Virtutinitatis divina Persona tercia, in literis ab ipso inspiratis, passim & afficitur & colitur: principem facilè locum obtinet, ac familiam quasi ducit, illa, qua PARACLETVS nominatur. Græcis porro ~~μετεριστής~~ primaria significatione dicitur is, qui accessitus arogatus favet ac patrocinatur alicui in judicio, unde etiā pro intercessore ac deprecatore accipitur. In literis sacris partim exhortator, partim & multo quidem frequentius, ac reclusus consolator exponitur, hoc est ~~μετεριστής~~, ut est apud Hesychium. Quarum appellationum, ac rei potius ipsius appellacionibus illis subjectæ vim, efficaciam, & veritatem tum omnes Christiani in terroribus conscientia experiuntur: tum beati martyres clarissimè ac luctucentissimè semper invicto animi robore, & in assertione veritatis, & perpessione acerbissimorum suppliciorum ostenderunt. Quo de genere quid sit, cur hic prolixiorem sermonem instituamus, aut materiam Theologicam nostri, ut ita dicamus, fori faciamus? Hesterno die pro concione præclara quædam ac divina dicta sunt, & dici

ac legi quotidie plura possunt. Cæterum cum honestus & doctus adolescens ENGELBERTVS STRID THORSTIVS Hamburgensis, Philosophiæ ac Theologiæ studiosus hac ipsa de re, nempe DE AVXILIO SPIRITVS SANCTI IN MARTYRIBVS orationem piam & eruditam conscripserit, eamque postea à concione pomeridianâ hora secunda pronunciare in publico constituerit: non abs re facturos arbitramur, pietatis & doctrinæ studiosos, si ad eam auscultandam frequentes ac benevoli convenerint. Propositum feria secunda Pentecostes M. DC. VII.

## Ad Ornatiſſ. juvenem, DN. ENGELBERTVM STRID THORSTIVM, amicum suum charissimum.

R Eclœ declamau, sub cæde & sanguine vates  
Quod speraverunt muneriſſe DE I.  
Ecquis credat enim morientum sanguine nostrum.  
Abſit ſe numen, convaluiſſe gregem.  
Sanguine crevit opis, quod ſanguine ſubvertendum.  
Credidit hostilis turba profana ſchola.  
In nunc, qui præcepſ, qui ſtrenuſ ire videris  
Ad mortem, ut vires experiere tuas.  
Dum procul eſt hostis, ſacie eſt optare duellum.  
Et maris in portu non timuiffe minas!  
Sed nemo morti caput objectabit acerbæ;  
Et nemo abſit DE Inumine martyr erit.

M. Iacobus VVerenb.  
Hamb.



ORATIO  
De auxilio Spiritus sancti  
in Martyribus.

Uæ singula eloquen-  
tiæ tyronibus ad dicendum se acci-  
gentibus timorem incutere confue-  
verunt, ea mihi hoc temporum tra-  
etu sele offerunt universa. Sive enim loci dignitas  
commovere dicentem nonnihil potest, VViteber-  
gæ dicimus: sive audientium splendor, magna le-  
ctissimorum virorum præsente coronâ dicimus;  
sive ipsa materiæ majestas, dicendiæ ratio, ita  
dicimus, ut nobis exiguo tēpore de Spiritus sancti  
in martyribus auxilio, deq; illorū constantia, mor-  
te, tormentis deniq; varijs in hoc sacro certamine  
verba sint facienda. VVitebergæ dicere, si quisquā  
est, qui parum putet, eum non hujus modò urbis,  
sed totius orbis quasi hospitem esse, & in maxi-  
marum rerum ignoratione versari necesse est.  
Ecquis enim est hodie tam hyeme asper, tam per-  
petuo solis ardore exustus in terris locus, quo non  
hujus præstantissimæ civitatis, fama pervalerit?

A 3 quæ

quæ g̃ens tam fera, quis populus tam immanis, &  
ab omni hominum conlortio remotus, cuius men-  
tem non imbuerit hujus eruditionis emporij cele-  
britas? quæ denique hominum natio tam barba-  
ra, & à literis aliena, quam non jam pridem VVi-  
teberga non piedo nominis sui splendore, verum  
etiam admiratione compleverit? Hæc vero firma-  
menta Academiæ, hæc ornamenta Germaniæ, hæc  
virtutum omnium artiumq; præclarissima lumina  
perturbationis non parum dicenti afferre, quis est  
qui miretur, cum ad unius hominis asperatum ipsi  
eloquentiæ principes legantur obmutuisse. Ac cæ-  
teris quidē vel exercitatis, vel materijs in profanis  
& Philosophicis argumentis versantib⁹ unicū hoc  
consolationis & instar excusationis datur, ut, si di-  
cendo quod velint, non consequantur, materiae,  
quam tractant, jejunitatem accusent; quid ergo  
mihi tandem animi esse putatis, qui homo ado-  
lescens ephebis oratorijs nondum excedens, sacra,  
quæ semper amplissimam dicendi segetem in se  
continent, oratiuncula mea complecti sum cona-  
tus, adeò ut, si cum asperitate quadam in aures ani-  
mosq; audientium, ea influxisse, aut à sacratissima  
divinæ voluntatis amissi nostræ mentis apex deli-  
rasse videbitur, causa nulla sit, quin omnes accu-  
sandam potius nostram temeritatem, quam imbe-  
cillita-



cillitatem sublevandam existimant. Non vero temerariè hoc factum à quoquam reputari velim, quasi me de sacris ita dicturum plane confidam, ut rerum magnitudini orationis pulcritudo respondeat, & quidem meo me pede metiens: sed quod eius, Spiritus sancti puto, ope & consilio utar, cuius auxilium nobis semper paratum esse scimus, præcipue quando ipsius res agitur; hinc me spes tenet non exigua, imò certissima, futurum, ut ille me, sicuti difficultibus & scrupulosis in mysterijs versabitur oratio, ille inquam me ducat, clariori luce mentem illustret, comiterque viam monstreret. Et quidem si nautæ, posteaquam exili se lembo exercuerunt, & in littore agere navem didicerunt, tandem & triremem sibi gubernandam suscipiunt, apertoque mari perito nauclero præmuniti se committunt; cur ergo oratiunculae meæ vela contraherem, remosque inhiberem ipso Spiritu sancto doctore & ductore fretus, qui, licet amplissimum sacrarum literarum mare ingrediar, ad optatos tamen portus provehere facilissime poterit.

Dicam ergo qua animi constantia, quibus Spiritus sancti donis & præsidijs ornati & armati sanctissimi martyres, omnes cruciatuum molestias devorarint, nullum supplicij genus detrectarint, imò omnes humanos eventus inferiores quam suos

luos animos esse putarint, majoremque in adversis quam secundis animum habuerint. Cui oneriferendo adolescens ego, cui tantam copiam facultatemque dicendi natura negavit, cum non sufficiam, te ò æterne Deus ter sancte patris cœlestis spiritus humilimè precor, ut splendore divini tui luminis mentem meam irradies, meaque orationculæ cursum cœlesti favoris tui aura prosequaris. Vos vero Illustris ac Generosi Barones, viri Reverendi, Excellentissimi, Clarissimi, teque nobilissima doctissimaque juvenum cohors, quæ studiorum lacte nutriris, studiosissimè rogatos volo, ut, sicuti in ludo pilæ, alterius est commodè mittere, alterius etiam si quid erratum est, bellissimè excipere, & arte corrigere, ita & vos inquam, si quid minus convenienter dictum exciderit, in partem fletatis benignorem.

Quam tristis veræ Ecclesiaz jam inde à primo mundi exordio fuerit facies, qui hostes quanto fervore & ardore eidem semper malignum pedem opposuerint, in eoque vires & opes suas experti sint, ut alijs, & toti si potuissent, terrarum orbi pestiferum novarum opinionū virus afflarent, omnesq; contra sentientes ex numero virorum exturbarent, imò infra etiam mortuos amandarent; non est ut multis planum faciam, cum tam Prophetæ quam

Aposto-



Apostoli unanimi consensu & concentu prædixerint, vulgoq[ue] tritum illud comprobet distichon:

*Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine capitur,*

*Sanguine succedit, sanguine finis erit.*

Illud etiam luce meridiana clarius elucet, quod sicuti arcturus semper supra terram versatur, nunquam mergitur; sic Ecclesia licet sit agitata & presla, nunquam tamen est oppressa, omniq[ue] fuerunt tempestate, qui quaslibet haereticorum minas fortunæque fulmina constantissimè contemnere potuerunt, quorum nempe animos tantus verbi cœlestis zelus exedit, ut quibuslibet periculis sua capita præoptarint ponere, quam vel tantillum à vero DEI cultu avelli; ut non incommodè de ijs dici possit q[uod] olim Lacædemonij, Philippo Maced. Regi, omnia quæ conarentur se prohibitum per literas minitanti responderunt, quærendo, num se esset etiam mori prohibiturus. Sed an hic invictus in malis animus humianum quid duntaxat redolet? an tantæ hominis animi angustiæ tantos cruciatus superare poterunt? Minime. Habuerunt enim quod confugerent, ubi conquiescerent, eujus in virtute & suavitate omnes curas doloresque depoñerent, ipsum DEum Spiritum sanctum, qui solus ille est consolator optimus, & dulcis animi hospes, infirma nostri corporis, virtute firmans perpeti.

B

Ad



Ad hunc portum fideles magna ja&ctati hæreticorum tempestate aspirarunt; hic est ille DEus, qui dissipatos homines in societatem vitæ convocavit, his eos primò Dei & mutuo charitatis amorisque inter se vinculo, deinde vera fide, tum literarum & vocum communione junxit, hujus virtute piorum martyrum animi corroborati providentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate corporis soluti ergastulo in cœlum evolarunt: huic Ioli acceptum est ferendum, quod semper in sanguine, ferro, fuga versari, illorumque pars in crucem agi, pars bestijs obijci potuit. Hominum enim mentibus Spiritus sancti auxilio non interveniente virtus hæc nunquam committitur: nostrum siquidè non est Christi mandato obsequi dicentis: qui amat animam suam, perdet eam. Divinæ particulam mentis & haustus ætherios sapit, cum D. Paullo posse dicere: Nec mea vita chara est mihi. Quid ergo? *Est Deus in nobis agitante calescimus illo,*

*Impetus hic sacre seminamentis habet.*

Sed videri hæc possunt obscuriora, cum sine appositione exemplorum lentius disputentur, morte atque martyrio illustranda sunt illorum heroum, qui in officina hac Spiritus sancti politi ac limati quosvis cruciatus, quælibet tormentorum genera ne ingemiscentes quidem, imò etiam latentes perferre potuerunt. *Quero igitur à vobis num illum alium*



alium auxiliatorem habuisse videantur septem illi  
juvenes, quorum in libris Machabaeorum fit men-  
tio, qui inter acerrimos cruciatus est corporum vin-  
culis tanquam est carcere ad Deum summa animi  
altitudine & alacritate commigrarunt. Ponitevo-  
bis ante oculos unumquemque istorum. Vultis, in-  
cipiam a Machabaeo, qui primus in ordine fuit, na-  
tuque maximus; vultis ab Abero secundo illo, qui  
martyr, cum ipsi dolorum faces admoverentur,  
fortior imperante, torquentemque constantior, quam  
suavis est, inquit, mors omnigenis pro Deo vulne-  
ribus inflicta, immo tantum suavior, quanto cum spe  
majore recipienda mercedis accipitur. Omitto re-  
liquos. Sunt enim omnes pares inter se, praeter ulti-  
mum illum Iacobum natum minimum, cuius nascen-  
tis vagitus quidem diverso tempore, sed non men-  
te terra exceperit, qui etsi reliquos fratres constantiam  
non superare, attamen cum illis in ea certare vide-  
tur, dum ad flammivomis ignibus succensam far-  
taginem accurrens Antiochum his, ut Iosephus scri-  
bit, verbis affatur: scelerate tyranne tu effigiem tu-  
am laceras, tu in torqueo nihil proficis, quicquid  
fieri tua regia potestas jusserit, justissimum putas,  
linguas eruis, ungulas injicis & humana corpora  
igne consumis. Illi quidem qui hoc pertulere, gau-  
dium eternae salutis acceperunt: tu vero quic-  
quid poenarum singulis intulisti, solus exolves.

B 2

Te



Te conscientia stimulabit maleficiorum tuorum,  
te metus exanimabit judiciorum, quocunque aspi-  
cies, ut Furiæ sic tuæ tibi occurrent injuriæ, quæ te  
respirare non sinent. Ne vero me obsecro gratiam  
abs te ullam sperare confidas; sequare fratres, & in  
legis observatione perdurabo. En magnam vim  
pietatis! En incredibilem divinæ virtutis speciem!  
En constantiam non puerilem sed senilem, quæ  
non annorum numero & solsticijs, sed Deitatem,  
& Spiritus sancti adminiculis meritò est æstiman-  
da. Cujus præterea auxilio reliquos quinq; fratres  
acerrimos dolorum aculeos putatis tolerasse, nisi  
hujus unius Spiritu sancti beneficio? Danielis por-  
rò dum fævis leonum dentibus cibus in foveam ali-  
quot pedes humili depresso conjicitur, commen-  
dere constantiam, non multum nostra laborabit  
commentatio. Elaiam senem, cui, cum ministerio  
prophetico annos circiter octoginta fidelissimè  
functus erat, impius rex Manasses arietum more  
nutricationis mercedem, ferrâ nempe dissecans  
persolvit, latere quoque patiar. In enarrandis triū  
Danielis sociorū laudibus muta nostra erit oratio.  
Sed quorsum hæc tam altè repetita dicet forte qui-  
spiam? Age ergo ne tantū vetera meditemur, pro-  
piora videamus. Quemadmodum enim in beato-  
rum insulis dicuntur esse arbores quædam aspectu  
jucun-



jucundissimæ, quarum in ramis toto anni tempore cernere est alios fructus jam mites, alios matruncles, alios pubentes adhuc & in primum florē se induentes: sic tam in Veteris quam Novi Testamenti Ecclesiæ agro, ejusque pomarijs quilibet mundi ætate innocentes extiterunt martyrum flores, quos in medio frigore infidelitatis exortos velut primas erumpentes Ecclesiæ gemmas quædam persecutionis pruina tyrannorumque calor perulsi. In hoc igitur numero primum quasi cagmen ~~πενταράσσω~~ Stephanus videtur ducere, adversus quem, cum Iudei irarum stimulis perciti nec ruere nec furere desinerent, non patronum quæsivit in summum vitæ discrimen adductus, nec eis supplex fuit, sed adhibuit stupendam hanc in martyrio constantiam, à magnitudine animi ductam, Spirituque sancto confirmatam non proprijshawstam viribus, supremoque vitæ die de hoc ipso Spiritu sancto multa differuit, & paucis ante mortem horis, cum eam effugere se non posse videret,

*Ivit ovans animis, & spe sua damna levavit:*

& cum penè lapideo amictu ab eis miserrimè esset superindutus, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in celum videretur ascendere; imò gravissimis precibus apud patrem celestem jam jam extremum Spiritum effundens pro eis intercep-

dit, qui torvo vultu minas profundentes & lapideos ictus ingeminantes tergo suo furenter instabat. O pietatem omnibus seculis prædicandam! O ardorem animi commemorabilem, & in fastis eximiae alicujus notæ adjectione notandam! O Spiritus sancti præsentia & firma fides quid non perfers, ubi semel generosos martyrum animos occupasti! Quibus porrò præsidijs immemoritum lubire supplicium D. Petrus potuit, ijsne quib⁹ superstitioni volunt, an hujus solius virtute? Paulum Apostolum, quem eodem cum Petro die diversis supplicijs & locis vigesimo nono Iunij die Romæ occisum esse historiæ docent, si quis roget, quo usus autore truculentissimo tyranno Neroni jugulum libens prebuerit, annon ad hujus Spiritus sancti puto, tutelā se configisse responsum feret? Cui non est auditus Beatisimi Patris Cypriani in martyrio triumph⁹, qui, cum nuncio ad ipsum perferretur, Cyprianus gladio feriatur, in profundenda voce omne corp⁹ intendens exclamat, Amen. tanta perfusus læticia, ut viginti portiones auri in sumptum carnifici dedisse literarum monumenta testentur. Vincentij verò cruciatus si non piëtos sed inflictos viderem⁹, quis nostrum esset tam excors, quem non moverent? At quibus præsidijs septus tantos dolores potuit perpeti? Spiritus sancti. Hic ille est, qui consolatur

solatur mōerentes, afflictos excitat, jacentes erigit,  
hic innocentibus est pr̄silio, fidelib⁹ ornamento.  
Cujus ope nixus Babylas Antiochenus Episcopus  
una cum tribus liberis ad exitum vitæ vocari, &  
injustum incurtere supplicium maluit, quam vel  
tantillum ab religione officij declinare? Spiritus  
sancti. Cujus instinctu & adhortatione verè Theo-  
dulus Olympij, pr̄fecti Romani filius una cum  
patre acerrimis potuit subiici tormentis? Spiritus  
sancti. Nimirum ut Olympi cacumen, si historijs  
credimus, altius est, quam ut eò ventorum flatus  
pertingant: sic martyrum animus, Spiritu sancto  
vires suggestente, sublimior & excelsior fuit, quam  
ut istos flatus senserit furentiū, & nil nisi tormen-  
ta, flagra, crucem spirantium tyrannorum. Stetit il-  
le ut in medio mari edita & altissimis defixa radici-  
bus rupes: cuius summa fluctus ne attingunt qui-  
dem: infima sic verberant, non ut eam commove-  
ant, sed ut ipsis frangantur. Quem non delectat D.  
Laurentius, quamque elato animo est! etsi enim  
condolemo cum legimus, tamen qui sic perit, nul-  
lo modo interit. qui cum conjectus in craticulam  
impij jussu Pr̄fecti tam constanter gravissimos  
dolorum mortus sustinuit, ut adusto jam altero  
corporis latere ad Pr̄fectum astantem, qui in eum  
erat teterimus, ridens ferè dixerit:

Con-

*Converte partem corporis  
Et fac periculum quid tuus  
Prefectus inverti jubet.  
Et experimentum cape*

Lusit vir sanctissimus extremo spiritu, cum jam  
præcordijs conceptam mortem contineret, & tan-  
tam vultus læticiam præ se tulit, ut non pruni as-  
fari, sed quasi substratis rosis refrigerari videretur.  
Proh Deum immortalem quæ est, si non hæc insig-  
nis appellanda est à Spiritu sancto profecta pati-  
entia? An non hæc est pietas? An non hoc eximi-  
um constantia lumen? Quantum præterea robur &  
æs triplex circa pectus B. Ignatio fuerit, quis est  
quem fugiat? qui cum à sævis leonibus hospes acci-  
peretur, illosq; rugientes audiret inquit: frumen-  
tum Christi sum, & per dentes bestiarum immo-  
lor, ut mundus panis Dei inveniar. De hoc Igna-  
tio referunt, quod in eductione ad supplicium nil  
nisi nomen Iesu sonarit. qua re permoti cor ipsius  
dissecuerunt, in quo aureis literis nomen Iesu im-  
pressum atque insignitum fuit, quod cuius auxilio  
factum sit nullo consilio assequi possumus, nisi Spi-  
ritum sanctum consulamus, qui tantum Christi  
amorem in ipso excitavit, ut nomen hoc ipsi sem-  
per ob oculos erraverit, hoc cogitarit, hoc somni-  
arit, ejus curam ne mors quidem ipsa adimere po-  
tuerit,

*Satis crematam jugiter,  
Vulcanus ardens egerit,  
Tunc ille: coctum est, de vora,  
Sit crudum an assūm suavius.*



tuerit, sed in ipso etiam cadavere vivi olim cordis  
domicilio coelestem motum ac vestigium relique-  
rit; non secus, ut concitato navigio, cum remiges  
inhibuerunt, retinet tamen ipla navis motum &  
cursum suum intermisso impetu pulsūque remo-  
rum. Possem hoc loco evagari latius, & id quod di-  
xi, tum pluribus, tum recentiorib⁹ stabilire exem-  
plis, nisi sentirem occurrentum esse satietati auri-  
um animorumque vestrorum. Quamobrem his  
nonnihil sepositis dubijs alicujus solutionem audi-  
endo reficite, vos quoſo auditores. Non minus ad  
verum cognoscendum martyrium pulcherrima,  
quam ad moderandam relligionē necessaria qua-  
ſtio est, quidnam discriminis Ethnicorum & pio-  
rum martyrum cruciatibus intercedat, cum & de  
illis ijsdem potuisse affligi supplicijs, in ijsque sumi-  
ma fuisse animi constantia historiæ testatum faci-  
ant, quod mentis oculos per antiqua Romanorum  
decora circuferendo, Socratis, Theramenis, Quinti Scævolæ, Cyrenæi Theodori, Zenonis Eleatae,  
calani Indi aliorumque maximorum virorum ex-  
emplis posset demonstrari, in ea res longius nos  
ab incepto traheret. Quid ergo? duo licet patian-  
tur & faciant idem, non semper est idem, quod illi  
ipſi aſtruere videntur, dum in suis libris eisdem  
labores non esse æquè graves Imperatori & militi

C

toties



ties clamitant. Aliter longè catuli olen t, aliter  
sues. Illi sub Imperatorum lignis fortiter aut pa-  
triam defenderunt, aut imperij fines protulerunt,  
hi vero sub Christi vexillis pro defensione cœlestis  
patriæ veraque fidei & religionis occubuerunt: il-  
li laboribus suscepitis periculisq; aditis mercedem  
rerum gestarum gloriam mundanam imò vanam  
desiderarunt, hi Christi honorem querentes im-  
marcessibilem & æternam coronam reportarunt:  
Illi furentis animi impetus ratione non cohiben-  
tes nullo cogente lucis usuram amiserunt, hi meli-  
ora edocti & rectius sapientes Spiritu sancto duce  
vita excesserunt, ut non minus acutè quam verè  
D. Augustinus in hanc sententiam dicat, quod illi  
infeliciter sint felices, hi vero feliciter infelices; præ-  
sertim cum non pœna sed cauſa martyrem faciat,  
nec ubi non est veritas Christi, ibi non sit veritas  
martyrij. Quem igitur non puderet ab animis ma-  
la consuetudine imbutis, vel potius horrenda su-  
perstitione seductis petere testimonium veritatis.  
Sed unde egressa est, eò se referat oratio. Cum for-  
titudo virorū maximè peculiaris virtus sit, & in ijs  
effloreſcat ac vigeat maximè, nec tantam mereri  
admirationem videatur, in illorum exemplorum  
enumeratione, hoc loco longius immorari nolo,  
sed



sed paucissimis quoque de fœminis agam , ut si eas  
etiam in hac sacra militia fortissimas fuisse cogni-  
tum fuerit, tantò Spiritus sancti vis & efficacia eva-  
dat illiustrior, quantò illarum natura est mollior,  
& ad propulsanda incommoda calamitatesq; per-  
ferendas infirmior. Agatha virgo Catanensis Quinti-  
tano Siciliae pro consuli extrema minitanti , nisi  
Dijs rem divinam faceret, animosè respondit , se  
Deo vero, non Dæmonijs litaturā, cumq; fidiculis  
atque equuleo cruciare tur, delectari se tormentis  
non tristari dixit. Insuper cum ille mammillam  
ipſi à pectore abſcinderet, his illi insultavit verbis :  
ſævissime tyranne , nonne te pudet in me amputa-  
re, quod in matre ſuxisti? sed nihil obtines, nec il-  
lud quod optas, optatum feres. Habeo enim quas  
avellere non potes internas fidei ſpeique mammil-  
las, quarum alimento reparatur in me sustinendi  
virtus. Res certè dignissima, in qua non modò ho-  
mines , sed ipſas pecūdes obſtupescere, ac si fieri  
poſset, etiam erubescere oporteat. Iam vero quis  
Agnetis Romanæ virginis ad extreum usq; Spi-  
ritum in morte constantiam vel fama vel audiz-  
tione non cognovit? Sabinæ etiam piæ & be-  
neſicæ sanctorum hospitis ſummam in marty-  
rio patientiam quis non ſuſpiciat & admiretur?

C 2

Refert



Refert D. Basilius de nobili quadam fœmina, cui  
propter confessionem Evangelij carceri inclusæ  
cum daretur optio aut moriendi aut DE VM ab-  
negandi, quod incredibili animi altitudine in  
hanc sententiam responderit: valeat vita, pereat  
pecunia: famula Christi sum; quodq; cum ad sup-  
plicium raperetur, circumfulsam turbam non mi-  
nus constanter quam fortiter in hunc modum af-  
fata sit: O mulieres virginesq; meo exemplo mo-  
nitæ ad consequendam vitam æternam strenuas.  
vos præbete pugnatrices effœminata illa fœmina-  
rum mollitie procul valere jussa. Clementissimus  
enim noster Pater coelestis nos etiam mulieres ad  
imaginem suam formari, & ex viri olsibus archite-  
ctari voluit, ut & nos viriliter pugnemus. simulque  
his dictis læto animo igni se immisit. Tantum  
nempe valuit Spiritus sancti etiam in simpliciori-  
bus auxilium, ut verus DEI amor nullis machinis  
aut tormentis ex piorum animis exuri, & licet cor-  
pora caperentur, animus certè capi non potuerit.  
Divæ tandem Catharinæ in martyrio fortitudi-  
nem nullo adhibito nostræ prædicationis lumine  
omnium mentibus sese ingerere, non est quod du-  
bitem. Alexandriæ virgo hæc regio, ut quidam  
volunt stemmate in lucem prodijt, studiis Philo-  
sophicis à primis annis nutrita & erudita, unaque  
cum



cum ætate in veri DEI agnitione tantos fecit progressus, ut splendidissimè de ea differens magni, nominis viros in suam sententiam pertraxerit, ad quæ DEum converterit. Quod cum Cæsar Maximinus in rem suam non futurum sentiret, subtiliter ad seducendum inducta oratione ad animum illius lensim ac leniter accedens, multum suavitas, plurimumque mellis pollicetur, secundumque à regina locum ei offert, si à Christi fide successione facere velit. Verum voto suo cum frustraretur, & arte nihil obtinere se posse videret, tantus illum invasit furor, ut vitam sibi acerbam putaret, nisi eam è medio sustulisset. Quare rotis ex ferris ferreis, clavis gladijsque confectis eam communui atque excruciali mandat, sed frustra. De cœlo enim missum fulmen eas disiecit, indignans quasi & nefas dicens, clavis illud cor traiicí, quod tanto DEI amore transfixum esset: unde tandem capite truncata ultimum vitæ spiritum clausit. O virginem verè viraginem, præsentibus multis miserandam, posteris omnibus mirandam, cuius splendoribus Luna succumbit, nec se, quamvis mundum impleat, cum illius fulgoribus comparabit. O verò mortem beatam, quæ verè scenus est, non funus, quæ vitam etsi adimit, non tamen perimit, sed doloribus liberatam, & quasi è molestissima vitæ

custodia emissam ad jucundissimam cœlestemque  
vitam transire facit.

Hæc tam virorum quam foeminarum exempla  
satis superè declarant acerbissimis martyrum do-  
loribus, varijsque & undiq; circumfusis molestijs  
& malis solum Spiritum sanctum suo præsentissi-  
mo auxilio subvenire; quæ si singula vos non mo-  
vent, universa certè inter se connexa atque conjun-  
cta movere debebunt. In hæc mentis aciem inge-  
nijque sui nervos, præcipue vero circa hoc tempus  
pium quemque intendere ipse Deus vult, religio  
suadet, pietas jubet. Habuerit licet illorum vita  
præclara multa, non deest in morte quod imite-  
mur, quod admiremur, quod calcar addere possit,  
hos sequi, licet non omnes possimus assequi. Quo-  
modo enim pictores, quando imaginem unam ex  
altera exprimere volunt, crebro respiciendo ad  
propositum exemplum, formam illam ad suæ ar-  
tis & industriae opus inde transferre student, ea-  
dem ratione Christianos nos ad sanctorum homi-  
num martyria oculos mentemque saepissime opor-  
tet convertere, tanquam ad viva & in cordibus no-  
stris quasi spirantia exempla, quodque in illis boni  
est, ad usus nostros adjungere, ut & in simili asse-  
rendæ veritatis negocio prævisi teli mollior cadat  
ictus, nec instar ignavimilitis ducem nostrum ge-  
mentes



mentes sequamur. Cum autem in hominum pectoribus cor tenerum atque molle sit, quod dolore quasi tempestate quatatur, & spiritus quidē promptus, at caro infirma deprehendatur, à te, ô sanctissime æterni Patris & Filij Spiritus, opem suppliciter petimus: Da tu nobis eandem constantiam, quam his martyrib⁹ inspirasti, præ ductor glaciem frange, exercitumq; tuum ex varijs gentibus cōpositum perq; rotum terrarū orbem diffusum instrue, ut contra omnes portas inferorum, contra omnes furores Diabolorum, & adversus rabiem ac tyrannidem hujus mundi spiritualia nostra arma expeditissima habeamus, nec juxta præceptum tuum metuamus nobis ab his qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Cōfirma nos etiam ô fortissimè DEus, ut sub tuis vexillis militantes ad extremum usq; halitum constanter & fortiter à tuis stemus partibus, ne turpiter fugam accipiamus, ne promissis, & præmijs seducti, vel tormentis & carcere coacti à te deficiamus, sed hostium nostrorum adventum semper expectemus, quippe quos plane fugiat, qua illi nos hora excepturi & oppressuri expectent.

*Da vires animis, da nescia pectora frangi;  
Vi libeat nusquam cedere magne D E V S.*

D I X I.



In Doctissimi & Humanis-  
simi juvenis,

ENGELBERTI STRIDT-  
horstij Orationem de auxi-  
lio Spiritus sancti in  
Martyribus.

Στις τις ἀρχαῖν ἐθέλει παρακίσσετον ὅλβον ὀλύμπιον,  
Οὐδὲ εὐδαιμονίου ἀμάρτιον νόσφιν αἰνίη.  
  
Κυκλωθεῖσι δήμοισι πέριξ κακοῦ πολλὰ πεπονθεῖ.  
Τάπεν ἀλιτρονός σπερμὸς κακομίχαισθαι οὔρη  
Οὐ μόνον γενναθέντας δολορρόη Φίγου ιαίνει,  
Ως μήτη σωτῆρος εἴη πατέρης ποσὶν ἐφεμένη.  
Αἵλια καὶ εἰς αὐτὸν δαίμων κακόβιος ἀποκαλεῖ  
Ἄλιγες θαρρήσει ἀπειθέα κόσμους ἀλήτιω.  
Οὐψὶ δὲ πολλὰ μαθὼν Χριστῷ πεφιλημένοις ἀνὴρ,  
Πολλὰ παθῶν εἶλεν νίκης ἀξιδένετον εὔχοι.  
Σκεπτεί μόνον περιπίδεων Φιλοζήσισιν φύσιον ἀνδρῶν.  
Οἱ κόσμοι πεστερον Χριστοῦ θελημα πεπέντε,  
Ἄτρεκιλος σπειράντας ἀγαπάλεα μάρτυρι πότμῳ.  
Ἄλιγεα πολλὰ Φέρεστι πατόντες, πολλὰ καμφόντες.  
Αὐταρτος απαντώμενοι πάσῃ κόσμῳο οἵτε,  
Νίκην, εν θαυμάτω περιθετεοντες ἄροντο.

Nuw

Νιν ἦ θέσις τοῖς φίλα φρονέσσαι ἀμοιβεῖ.  
 ὅφει κεν ἀντὶ πακῶν, ἀγαθῶν ἀμητὸν ἔχωσι,  
 τερπόμενοι φίλον ἡγε ἀπάντιαν νόοι μεριμνῶν.  
 Ταῦτα φυλασσόμεν<sup>Θ</sup> κερδίας εἴναι βάλλεο σῆσιν.  
 Ἔνθεν ἀνίκητον μετὰ χάρημάτων πάρο<sup>Θ</sup> ἀνέζων,  
 οὐδὲ πολυταλασσεώτι εἰσάστε πίσιν αἴλλων.  
 Νήδυμο<sup>Θ</sup> οἵσις πάν<sup>Θ</sup> εἰς θέσιν πεποθμένα φέζειν.  
 Τοῖς εὐ ἀμηχανήσιν ἐλεῖν<sup>Θ</sup> ἀπιόρθωτ<sup>Θ</sup> ἥλιον.  
 Ἐλπίς γδ̄ βιούσιο, τὸν δ' χρόνον<sup>Θ</sup> αἰδεν ὀλέωσαι,  
 θυμὸν ἄνα βλέψαι, χθονίων δ' ὠρχειε λαθεάδη.  
 Ως εἴλαφ<sup>Θ</sup> τεκνύγειν<sup>Θ</sup> ἀπὶ χθονὸς ἔμματα πῆξαι.  
 Οὐν αὐδρῶν τρομερόσιν εὐ φάστι μῦθον ἀκέστι.  
 Αλλὰ ἐπὶ δειρῆφι μετήορ<sup>Θ</sup>, οὐψι πάρην  
 αἰωρεῖ, πλέθη δέητο<sup>Θ</sup> εὔσχα πάντων.  
 Ως αὐδρεῖς, γλυκερὸς χθονίων εὖ ζμερ<sup>Θ</sup> ἔλκει,  
 ρῆμα δεοῖσι δίδοσι θαῖσι πεφροημένον ἀυραις.  
 Οἴτις δ' εὐ φλύματα πολίτου μαρμηλεν ὑπερθεν,  
 οὐτινι κήδεντα κρειττὸν εὔσχα αἴλλων.

Τὸνεκεν ΕΓΓΕΛΒΕΡΤΕ χρονῶν πεχαριτμένε μαστῶν,  
 μέλπειδη σεμνοῖς μελέεστ τανάξι<sup>Θ</sup> εστι.  
 Όπις σέφαις αὐδρεῖς τιάτης αὐθεστ φύτευσ.  
 Οἴπερ αὐθέντουτες ἀμύμονα πιστὸν ἀγάνων,  
 καὶ λειβεντινοῖς αὐτίτον αἷμα διακεῖται,  
 σέμμα δικροστιης, καὶ αἴθλια κύδιμ' ἀρνύτο.  
 Πάρμακαρδὸς τέτων κατ' ὄμεμφέα οἵμοις ὀδένει.  
 Τέτω κύδ<sup>Θ</sup> ἀκηδεσ ἐπίστιτι δέκχος αἴσαχ<sup>Θ</sup>.

Ioachimus Corte Hamburgensis  
 Contubernali suo dilectiss. F.

D

*Augustinus :*

Procedat Spiritus sanctus in  
medium & dicat amatori suo:  
Vis me frui? Volo. contemne  
quodcunq; terrenum. Con-  
tempsi. Parum fecisti. Quid  
amplius? Contemne te ipsum.  
Contempsi. Multum fecisti,  
sic me invenisti, sic ire, sic a-  
mare est ad Deum ire ac pro-  
venire.

*Bernardus :*

O retributio, cœlica mansio, vita perennis:  
Quid datur? & quibus? aether egentibus &  
cruce dignis,  
Sidera vermibus, optima sotibus, astra ma-  
lignis.

*Vox*



Vox nequit edere, lumina cernere, tangere plāta.  
Sunt modò prælia, post modò præmia. qualia?


plena

Plena refection, nullaq; paſſio, nullaq; pœna.

Ignatius:

Firmiter, dum cæderis, qua-  
si incus statu. Generosi est  
athletæ cædi & vincere, maxi-  
mè verò propter Deum nobis  
omnia patienda sunt, ut  
ipſe nos patia-  
tur.





Gb 777. I

o8



5b.

TESTAMENTO RELICITS.  
BIBLIOTHECA ACAD. FRIEDRICHIANAE  
STATVS INTIM, certi,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILARIJ  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
ILLUSTRISMI VIRI,  
EX LIBRIS

VDT

144

In plenioribus singuliris imo celestis hominis filia



**Q**uis dicitur in translati-  
o nati verbi in translati-  
**E**t sic martrys omni-  
is bonitatis notitia  
naturam fecerunt percepit  
in cuius microcameris  
videns: et quoniam paterni  
munitio formant: qui nec  
naturam fecerunt percepit  
is bonitatis notitia  
**F**eliciter martrys omni-  
ecepit  
cibet  
et colla.

notis sibz tanta amendo lumen  
follementer recitatur de regione loca  
guita. **H**oc die capitulo pulcherrima  
fama laetari punitur & dum partes oblati  
miternat gemitaria. **E**rem corollii  
sqd ibidem indumentar. **F**am corollii  
punctum quo determinat sanguis amplectus &  
oblate perfractus eius coquiperat  
cum illi iumentum & filia audiatur  
cum cedetis patrilli & remittere  
tunc pascuare fratrem & mensam pa-  
tris redire. **A**cicum illum cui male  
pos olei filio suo redire debuit.

# Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black										
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

B.I.G.

H

3

ATIO  
ILIO SPI  
ANCTI IN  
YRIBVS:

da Generoso-

erendissimorum & cla-  
rum, Nobilisque & Eru-  
os & juventutis  
orona:

itebergenium Academia  
les feria recitata,

ab  
STRID THORSTIO  
VRGENS L.

BERGAE,  
per Iohan. Gorman.  
A. D. C. VII.

69

7.